

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus n  
cum fonte primo

Considero patres noui et ueteris testamenti:	→	Libet oculos fidei in uirtute opificis huius attollere atque sparsim <u>patres testamenti noui</u> ac <u>ueteris considerare.</u>
Dauid, Danielelem, Amos, Petrum, Paulum et Matheum; et apertis oculis fidei intueor.	←	Ecce <u>apertis</u> eisdem <u>oculis fidei</u> <u>Dauid, Amos, Danielelem, Petrum,</u> <u>Paulum, Matthaeum</u>
	→	<u>intueor,</u> et <u>sanctus iste Spiritus</u> qualis sit artifex considerare uolo, sed in ipsa mea consideratione deficio.
Implet namque Spiritus sancti gracia puerum cytharedum et psalmistam facit;	←	<u>Implet namque</u>
	→	<u>citharoedum puerum et psalmistam facit.</u> <u>Implet pastorem armentarium</u> sycomoros uellicantem <u>et prophetam facit.</u>
implet abstinentem puerum et iudicem senum facit; implet pastorem armentarium et prophetam facit;	←	<u>Implet abstinentem puerum</u> <u>et iudicem senum facit.</u>
implet piscatorem et principem apostolorum facit; implet persecutorem et doctorem gentium facit; implet publicanum et primum euangelistam facit.		<u>Implet piscatorem</u> <u>et praedicatorum facit.</u> <u>Implet persecutorem et</u> <u>doctorem gentium facit.</u> <u>Implet publicanum</u> <u>et euangelistam facit.</u>
		Gregorius Magnus, <i>Homiliae in euangelia</i> , 2, 30, 8 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.265, ll.236- 245).
Quam ergo insani sumus qui hunc spiritum non querimus!		[fons nondum inuentus]
Gregorius super Ezechielem.		